



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Dominica I. Post Epiphan. Cum factus esset Iesus annorum XII. Luc. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

*b*abitatoribus terra illius iungas amicitias,
quia sunt tibi in ruinam, similiter Num. 6.
Psalm. 109. Iudicabit in nationibus: implebit
ruinas. Luc. 6. Et facta est domus illius ruina
magna.

*Christus
est signum
varie.*

III. Et in signum cui. &c. In Script. vox si-
gnum plura significat. 1. Rem significan-
tem. Sic salutis signo Crucis contradic-
endum ait. Nam ea, 1. Cor. 1. Iudei scan-
dalum, gentibus flultia est. 2. Miraculum.
Actor. 5. Fiebant signa & prodigia multa in
populo. Psalm. 73. Signa nostra non vidimus:
iam non est propheta. Sic ortus, vita, exitus
Christi vere signum & miraculum est,
eius contradictionem viuenti, mortuo, sus-
citato. 3. Fœdus. Genes. 8. Arcum ponam in
nubibus, & erit signum fœderis inter me, & in-
ter terram. Sic & Christus est signum fœ-
deris inter Deum & homines & seipsum
Thren. 3. Tendit arcum suum, & posuit me
quasi signum ad sagittam. Iob. 16. Posuit me
quasi in signum.

O signum mirandum. 1. Signum signum
sanguis Agni in superliminaribus, Exod.
12. contra Angelum exterminatorem.
&c. 2. Serpens æneus, Numer. 21. positus
pro signo, qui percutitus aspergit eum, vinet. 3.
Signum Ezechia regi datum, fore sa-
nandum, 4. Regum 20. Vis, ut ascendat um-
bra decem lineis, aut ut reuertatur totidem?
4. Signum Isai. 1. Lenabit signum in natio-
nibus.

P A R S IV.

De Anna in orando assiduitate.

1. Visitata à
Christo.

Non decebat detemps, &c. Orandi
assiduitas laudatur; At Alget.

2. Prae-
pta.

1. Sic & dominus Luc. 6. erat pernoctans
in oratione. 2. Fecit, & docuit Luc. 16. Opor-
tet semper orare, & non desicere. 1. Theſſal. 5.

3. Efficax
est.

sine intermissione orate. 3. Iac. 5. Maltum valet
deprecatio iusti aſſidua. 4. S. Chrysost. li. 2. de

4. Signum
gratia va-
ria.

orando Deum, ait. Cum videro quempiam
non amantem orandi studium, nec huius rei

feruida y. bemeniq. curateneri; continuo mi-
hi palam eſt, cum nihil egregie dotti in animo
babere.

5. Ut aū raro excludit oua; quæ foue
ri cæpta deserit; ita defortior orationis. 6. arguitur
S. Aegidij vox est apud Surium tom. 7. De-
ſitens ab oratione ob distractio[n]es, simi-
lis est fugienti ē p[ro]elio ante victoriā;
quam perseverantes ferunt.

7. Vi tabellarus non tantum literas
perfici, sed & virget responsum impor-
tunum. Talis sutoratio. 8. Judith. cap. 8. in-
crepat Berulie. Sacerdotes acciues, ab
oratione abſentientes: Quis es tu vos, ait, qui
tentatis Dominum? Posuisti vos tempus mife-
ratiōnis Domini; & in arbitriu[m] vestrum
confundisti diem et?

II. Jacob. Gen. 32. euicit importunita-
re, quod colluctator Angelus benedixit e[st] eo. 1. vince
dem in loco. Lucta, eratoratio feruida. 2. Deum.
Cantic. 1. Murenuſas, vel, ut alia versio, tur.
2. Fleetit
tures aureas faciemus tibi. Id est; assidue ge-
memus tibi, ut turtur amissio compare.

At assiduitas ea tædiosa est. Non assue-
ta, inquam. 1. Ut arma Saulis erant Dau-
di molesta. 1. Reg. 17. Non possum sic ince-
dere, non enim r[ati]onem habeo. Ergo sua leui ar-
matura sternit Goliathum, &c. Sic nos
humili oratione Dominica & salutatio-
ne Angelica. 2. Erit & hoc graue? Audi
Hebr. 12. Omnis disciplina in presenti: quidem
videtur non esse gaudy; sed mororis; postea
autem fructum paraffimum exercitatis per
eam reditius sit Perora, facta recapitula-
tione per communicationem cum au-
ditoribus.

DOMINICA I. POST E-
PIPHAN.

Cum factus esset Iesus annorum

XII. Luc. 2.

Tobitio. In Medium missum Tobiam
mater anxie, indies ad montes ex-
currentes

currens, speculabatur aduenturum. Diuque frustrata queritur: *Heu! heu me, filii mi! Ut quid te misimus peregrinari, lumen oc. nostrorum, baculum senectutis nostra, solatium vita nostra, spem posteritatis nostra.* Talis Maria & Ioseph. At, Tobia reuerso, exultarunt gaudio.

Hic itaque nos circa ea

- I. De aduersis humanae vite.
- II. De Matris, filiique exemplo.
- III. De cura vxorum, ac puerorum.
- IV. De feso nefasto; ac amissione Christi.
- V. De amissione filio; Matrisque dolore.
- VI. De inuentione pueri templo.

P A R S I.

De aduersis humanae vite.

Sunt vita
propria ex
instabiliti
mundo.

Miseriarum cogeries vita est hominis. 1. Iob. 7. Vita hominis militia est super terram. Miles varie agitatur; iam cedit, iam ceditur. &c. nil usquam certi pondere sibi potest. 2. Vita est ut mare à ventis, & fluctibus instabile; à beluisque infestum. Eripius est indies reciprocans septies. 3. Pro. 14 Nihil videlicet &c. risus dolore miscerbitur, & extrema gaudij luctus occupat.

2. Ex statu
humano. Viuimus medii celum inter & orcum; at media participant utrumque. Inde Iob 17. Post tenebras spero lucem. Id est, Post nubila Phœbum.

3. Quid quod etiam, ut ait S. Chrysostomus. 8. in Matth. Deus mæstis rebus quædam iucunda permisit? Quod in omnium Sanctarum vita reperies, quem mirabiliter varietate contexta est. Scilicet, Ut mira varietate orbis Deus regit dans tempora, tempestatesque, frumentaque diuersos: ita & vitam cuiusque microcosmi.

4. Sed & sui cuique mores saepe fortunam singunt. Isa. Eccles. 33. Praecordia stulti, quasi rotacarri; & quasi axis rotatilis, cogitatus illius. Talis est mundus stulti.

tus, & quisque mundi filius Psalm. 82. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: Nimis si nolint sapere, quæ Dei sunt.

Communi-
nia sunt
omnibus.

11. i. Commune tamen omnibus est liber Ezechieli, c. 2. ostensus intus forisque prescriptus: & scripta erant in eo lamentationes, & carmen, & va. Quam pauca multis habet is folia annorum vitae? & quam mala? 2. Cantic. 4. Hortus sponsæ variis quidem vernabat floribus: at impetuosis ventis dicebatur, *Surge Aquilo, & veni Auster:* & omne genus calamitatum perfla vitam florentem. 3. Hæc ager est Mat. 13. seminatus à Deo semine bono: at inimicus superseminat zizaniam.

P A R S II.

De Matris, filiique exemplo.

1. Ex Deipara legi paret Exod. 23. Festa colentur in anno apparebit omne masculinum da, non pretium coram Deo tuo. Et nos festa colamus; fananda. idque secundum consuetudinem diei festi. Quæ non est otiorum, ludere, conuiuari. At ò triste consuetudinem piarum existim! 1. Iudei seruant suas: & Christiani suas profanant. Peccant, quando expiare peccata oportet. Leu. 2. Decimo die mensis septimi dies expiationis erit celeberrimus: & vocabitur sanctus: Affligitique animas vestras in illo, sic olim. Nunc contraria: dissolutionis est dies. 2. Voluit Deus: Deut. 16. etiam Paschalibus. Septem diebus comedit absque fermento afflictionis panem. Atiam quo festum maius, hoc culinae fumant magis. 3. In Paschate olim laetucas agrestes edere iubebantur Exod. 12. At iam cupedæ conqueruntur. 4. Sacrificabant olim festis victimas Deo: id est, humanos affectus bestiales: Atiā cæduntur ventri, seruitur passionibus. 5. Orig. In spiritu diem festum agamus: & spiritualia sacrificia ingulemus. 6. Indæ veriti sunt in die feso comprehendere Iesu: Mar. 14.

E. Et

4. Sæpe à
mundo.

34
Et nos peccatis non veremur idem. Non
sic Duodennis.

*At teneris
assuefes
Deo.*

II. Annorum XII. Iesus se offert Patri. 1.
D. Thomas alicubi iudicat, quo tempore
vñus rationis incipit, teneri sub p.m. ho-
minem se offerre Deo. 2. Quare Eccl.
12. Memento Creatoris tui diebus iuuentutis
tua; antequam veniat tempus afflictionis tuae,
& appropinquent anni, de quibus dicas: non
mibi placent. 3. Thren. 3. Bonum est viro,
cum portauerit iugum Domini ab adolescentia
sua: obediens Deo. 4. Cur Luc. 11. Deus,
vitimundas aues, cygnum quoque ab
ara remouit, noluitque offerri? An quod
in sola senecta moriens semel cantet, no
in vita? Sic quidam dealbati cygni aiunt:
in agone pœnitentiam agam. &c. Non sic
te docuit Duodennis. Bona in doles ma-
ture emicat.

P A R S III.

De cura vxorum, ac prolium.

*Vxor viri
socia esto.* I. A scendentibus illis Ieros. Dedeceat v-
xores prodire solas absque mari-
tis. 1. Gen. 1. Faciamus ei adiutorium simile si-
bi: alia lectio: quod sit cū eo, vt custode, du-
ce. 2. Cantic. 7. Ego dilecto meo; & ad me con-
uercio eius, oculo dilectionis & obserua-
tionis. 3. Psal. 127. Vxor tua sicut vitis ab-
undans, in proliferatione, in lateribus do-
minus tue; non foris sola, vagaque, sed domi
inter proles ac familiam. 4. Exod. 4.
Moyses caufam Israëlitarum acturus co-
ram Pharaone, secum duxit vxorem; li-
cet ea nulli vñi foret.

*Sed usque
ad aram.* Attamen in itatione Ierosolymam, ac
reditione separatim ire solebant viri per
turmas, ac fœminæ: maioris pietatis cau-
sa. 1. Caue. Gen. 1. Præcepit nobis Deus, ne cō-
ederemus, & ne tangeremus: ne forte moria-
mur. En: tactum quoque vetuir. Facilis e-
nim descensus à tactu ad gustum; ab hoc
ad vñsum. 2. Suam in hoc innocentiam
Iob. 31. testatus, se consolatur in fino. Si

vidi solem, mulierem, cum fulgeret, & lunam
incidentem clare: & osculatus sum manum
meam ori meo. Chaldaei, inter quos habi-
tabat Iob, solem & lunam adorabant. Ita
multi vxores, aut concubinas. 3. Psalm.
118. Beati immaculati. sed orat: viam iniqui-
tatis amoue à me: id est, occasionem: Qua-
certior vix villa, quam pellex. Periculum
vt dilectioni, sic perditioni prox-
imum. 4. Etiam viri à fœminis separatim
sepeliebantur. Gen. 23. Sepeluit in spe-
lunca agri duplii Sarai, Abraham:
Glossa: alia pro viris, pro fœmi-
nis alia.

II. In comitatu erat ascendentibus illis. Mores &
Sint & modo proles cum parentibus pietas pro-
intemplo. Nam solis domi multa peri-
cula. 1. Exod. 32. Aberat à filiis Israel
pater Moyses: & sedebant bibere; & surge-
bant ludere: id est, idololatrari. 2. Tem-
pus obseruat Dæmon. Vti Iobo, c. 1. sa-
crificante, liberi epulabantur, & oppri-
mebantur.
3. Curam pro liberis Deus recompē-
fat parentibus. Ecce: Pentapolim exustu-
rus Genef. 18. ait: Num celare potero Abra-
ham, quæ gesturus sum? Cur non potes? Scio
enim, quia præcepturus sit filiis suis, & domui
sua post se, vt custodiant viam Domini. Idcir-
co Eccl. Filii tibi sunt? Erudie eos, & curua eos
à pueritia eorum. 5. Id egit Tobias cap. 4.
Helias in Susanna. Dan. 13.

At multi plus opibus, quam prolib.
fludent. 1. Similes sollicitis de calceo Sicy-
onio, vtraiunt; non de pede. Plut. de educ.
liberis. 2. Aristippus adductum filium se
eruditurum patri ait, mille dragnis. Patri-
que idem, his seruum empistem, dicentire-
spondet: hoc fac, & habebis duos.

P A R S IV.

Defesto nefasto, perditio Christo.

I. E t requirebanteum inter cognatos Na-
zarenos, in comitatu virorum. 1. Orig.
Vicitatio pueri tri-
hōm. duana.

hom. 19. in Luc. putat factum inuisibilem remansisse: *Vti & Ioan. 8.* lapidandus. 2. *S.* Bern. putat eum triduo mendicato victimasse; amore paupertatis. Huc illud 2. *Cor. 3.* Propter nos genus factus est, vbi S. Basil. legit Graece mendicus. 3. Verisimilius est, Angelos ei ministrasse.

Dies festi multis in festi ex cul. pa. Remansit puer. Eheu! in festo perdi Christum? Inque templo? Et quidem id multo periculosa. 1. In hac pueri in Bethel, irrisores Elisei, denuorantur ab ursis.

2. Reg. 1. *Sic Saul 1. Reg. 13.* dicto citius offeres peccat; regnoque exiit. 2. Ozias rex thurificatus, leprosus fit. 4. *Reg. 15. 3.* Pharaonatalia sua epulo celebrans, cœconum decollat. *Gen. 40. 4.* Vasthi regina perdit diademam Regis solenni conuiuio. *Esth. 1. 5.* Philistæi, arca in fanum Dagon introducta, Deum perdunt. 1. *Reg. 5.* Atque ista in Festis. Infelicit!

Custodia cordis necessaria ad sapientiam. Quid prodest bona tua conseruarse; si Deum non serues? 1. Salomon imprecavit sapientiam. 3. *Reg. 3.* At satius erat sic orasse, ait S. Amb. *Davit sic te possideam;* vt nunquam amittam. Ergo Prou. 4. *Omni*

2. Ad robur custodia custodi cor tuum. Multe n. technæ hostis, & pericula; vt facile perdat. 2. *S.* Samson *Iud. 16.* erat fortissimus: At in crinibus ei vis omnis. Sic, si in cogitationes admiseris prauam vnam, succidet haec alias oës robustas; quasi crines Samsonis *Iudic.* 16. 3. *Salomon 3. Reg. 10.* leones xii. adhibuit throno custodes: o, si cordi! Similes multi, diligentiores auri, quam anima

4. Ad Religione in gionem internam. sunt custodes. 4. 1. *Par. 9.* Duo custodes templum Salomonis claudebant, & obserabant, quando arca prodiret in agros. Tute te clade, & obserua. 5. *Dauid* castra Saulis ingressus, stertentibus Duci bus hastam Regi abiit. 1. *Reg. 26.* Filii mortis estis vos, ait, qui non custodistis Domini vestrum, Christum Domini. Tales filii;

6. Ad secunditatem. qui Deum in corde non obseruant. 6. *Imitate Salomonem,* 5. *Reg. 10.* qui ad templi defensionem multa scuta ex auro, & hastas suspendit in templo. Arma nostra

cordis seruandi est charitas. Si desint aurea, sume ærea, imitatus Roboam; qui eadem æneis commutauit. id est, timorem & mortificationem arripe.

III. Perdebat puer xii. ætatis anno. *Aetas duorum* periculosa. 1. In hac pueri in Bethel, irrisores Elisei, denuorantur ab ursis. 4. *Reg. 2.* 2. *Prou. 30.* Tria sunt mihi difficulta: & quartum penitus ignoro. Viam nauis in medio mari. &c. & viam viri in adolescentia. 3. Sunt, qui credant ægrum à paralysi annis 38. coepisse infirmari ab anno xii ætatis. *Ioann. 5. 4.* *Dæmoniacus.* *Marc. 9.* à pueritia vexatus fuisse traditur. O damnum, Christum si perdas! Nam infanda succidunt mala, præsentia, & futura. *Ila. 24.* Cum cantico non bibent vinum, id est, peccatum, Amara erit portio, malorum subsequetur, bibentibus illam. Ita S. Thom. interpretatur.

PARS V.

De amissio Filio, Matrisque dolore.

1. Non temere, nec fortuito deseruit Fuga ad parentes Dominus. Res Patris coe- Religione iesisti agebar: In qua non semper parē- est heroica. tes consulendi. 1. *Hieron.* epist. ad Heliodorum & Nepotianum. Si superlimina dominus pater & mater iaceant, vt ingressum prohibeant: per calcatum perge patrem, per calcatum perge matrem; & nudus ad crucis vexillū euola. *Summum enim pietatis genus est,* in his fuisse crudelem. 2. *Moyses* tribus benedicē singulas, Leuiticam sic commendat. *Gen. 31.* Qui dixit Patri suo, & Matri sua: Nescio vos, & fratribus suis; Ignoro illos, & nescierū filios suos, hi custodierunt eloquium tuum. quo certiores sautis forent.

Vt Laban cum Iacob, *Gen. 31.* Sic mun- Quicquid dus cum Neophytis expostulat: Cur igno expositulet rante me fugere voluisti, nec indicasti mihi, vt mundus prosequeretur tecum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis? Non es passus, vt os- cularer

cularer filios meos, & filias? Cur furatus es Deos meos? En. 1. obiicit mundus difficultates ordinum. 2. Offert suas blanditias & oscula. 3. Queritur idola sibi auferri, opes, honores, &c.

*Pelſuſſe
deſeſſe*

*Quæſtio-
nula tres.*

*Dolor Ma-
riae ex a-
missione.*

4. O quorū à proposito retrahuntur dīcto simili: Reuertere filii & dormi: quo Heli vocatum à Deo Samuelem relegabat ad somnum. Age, animum hunc exue; meliora capesse, & molliora; dormi, fruere opibus, ætate, amicis, &c. O belle: Si clam talibus pergasas religionem!

II. Quæreris: 1. Cur Ierosolymis manse-
rit? Ut minorennis det specimen sapien-
tiae; quo adultiori creditur facilius.. Ni-
hilominus tamen post dixerunt: Matth.
13. Vnde huic sapientia hac & virtutes? Et
Ioan. 7. Quomodo hic literas scit; cum non di-
dicerit? 2. Cur ætate duodenni? Beda ait:
Quia hac se prodidit in dôles; quo spectet.
Ambr. ait: Quod totidem Apostolos erat
vocaturus. 3. Cur insciis parentibus? Eu-
thyminus ait: Ne si dixisset; dissuaderent;
Sicque inobediens videretur.. Beda re-
ctius: Vitulum in cœlis habere se patrem
ostenderet facto.

III. At indoluit Mater. Et acerbè. 1. Plus
quam Ruben Gen. 37. non reperto Iose-
pho in cisterna: Puer, ait, non apparet; & ego
quo ibo? 2. Audire video quærentem.
Psalm. 60. Ostende faciem tuam, & salui eri-
mus. Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis.
Cant. 1. Indicam hīhi, vbi pascas, vbi cubes.
3. Sifarā, Tribuno Iabin Regis, Iud. 5. a-
gente militiae, mater eius omni die per
fenestram prospiciens eorum versus,
absentiam filij ægre ferebat. Quanto am-
plius hæc Mater talis Filii?

4. Sic mater Tobiae, cap. 10. Heu, mi fili?
Vt quid misimus te peregrinari? Plus Maria
sub corde tacito. 5. Ideoque cum sponsa
Cant. 5. Sturgam, & circumibo ciuitatem
per vicos & plateas, quaram quem diligit ani-
ma mea.

At, vt tristis amissio; sic læta inuentio Gaudium
filii inter Doctores. 1. Iacob, viso Iose ex inuen-
pho inter Proceres Aegypti, ait Gen. 46. tione.
Iam letus moriar, quia vidi faciem tuam.

2. Fortè Mater sic ad ipsum: Psal. 29.
Conuertisti planctum meum in gaudium. Tob.
3. Non delectaris in perditionibus nostris; sed
post tempestatem tranquillum facis; & post la-
chrymas & fletum exaltationem infundis. Ps.
9. Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolationes tua latificauerunt
animam meam.

P A R S . VI.

Deinuentione Pueri in templo.

I. R Eperitur, sed non inter cognatos. Inuenitur
1. Sic enim ipse Gen. 12. iussit: Exi non in co-
de terrā tua, & de cognitione tua. 2. Et Psalm. gnatione.
44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam,
& obliuiscere populum tuum; & domum pa-
triæ tui. 3. Et Luc. 14. Si quis venit ad me, &
non odit patrem suum, & matrem suam &c.
non potest meus esse discipulus.

II. Reperitur inter Doctores. 1. Iussit Sed in
Dominus, Exod. 25. Vt in templo 7. lami-
pades aurei candelabri arderent. En iam
donis 7. 5. Spiritus illustrem Iesum, vt
perstringit oculos doctorum?

2. Nempe Col. 2. In quo omnes sapientia
& scientia Dei thesauri absconditi sunt. Et
quod Luc. 2. dicatur profecisse sapientia,
& etate, & gratia coram Deo & hominibus:
id Beda intelligit sic: quod specimen
dederit.

Verè is fuit locuples Ezechias, qui Sy- Docens.
nagogæ legatis aperuit thesauros. 4. Reg.
20. Quos? S. Vincentius putat de Messia
aduentu: Itemque An. xi. hebdomadae
Danielis exactæ? An sceptrum Iudea de-
fecerit? Quæ Messiaæ qualitates? Quæ
eius miracula futura, quibus agnosca-
tur? &c.

III. Reperitur in medio Doctorum. Inter Do-
O mutationem! Antea in medio ani-
morum.

malium inuentus: post in medio latro-
num. Et recte. Pertinent Doctores ad
templum; animalia ad stabulum; latro-
nes ad crucem. 1. Erat inter Doctores,
qualis sol inter planetas; propitiorum
inter Cherubinos; Arcus inter Tribus Is-
rael. Ps. 21. In medio Ecclesie laudabo te.

*Disertissi-
mum.* 2. Erat, quale lily conuallium Cant. 2.
inter dumeta, id est, eloquentissimus.

1. Lily enim Theophrasto est hie-
roglyphicum eloquentiae. Vnde Homer-
ius finxit legatos Troianos comesse li-
lum. Trides purpureum, tribus aureis li-
neis insigne. 2. Ad hanc eloquentiam pue-
ri & sapientiam sordet Papirius Prætex-
tatus: puer Romanus, sapienti responso
curiositatem matris deludens. Agell. lt. 13.
3. Iosephus, Gen. 40. Somnia Pharaoni in-
terpretans. Est infans Daniel, c. 13. lascu-
uos senes conuincens.

*Nō sic im-
pī, non sic
templorum
profanato-
res.* IV. In templo inuentus disputans; At
multi inibi sunt vendentes simoniace;
aut alia profana, loci prætextu, velantes.

1. Ut Absalon, 2. Reg. 15. fingit se obla-
turum in templo; cum in fratrem con-
spiraret, regnum inuasurus. 2. Sacrificuli
Dagon. 1. Reg. 5. nunquam voluere id li-
men calcare pedibus, id quod Dagon ce-
cidérat distractus, quod sius id Deus te-
tigisset. Et Christiani, ac sacerdotes ho-
die templum Dei, tam sanctum, sæpe
conscelérabunt? 3. Mågna erat abomi-
natio, cum C. Caligula statuæ suæ in tem-
plo Ierosoly. voluit sacrificari. De qua
Christus, Matt. 24. Cū videbitis abominatio-
nem sanctam in loco sancto. &c. At maior;
stans in templo simoniacus, incestuosus,
vñrarius &c. 4. De filii Heli scribitur
1. Reg. 2. Erat peccatum puerorum grande ni-
mis coram Domino, qui detrahebant homines
sacrificio Dei. Idemque hodie; eheu ve-
rum nimis.

Et istud peccatum est; spiritalem vi-
rum negotiis se ingerere sacerdotalibus,

& vanescere. Quin hosiure vel mundus
ipse persequitur; Vt Laban citatis equis
Rachaelem persequebatur, raptricem
idolorum ipsius. Gen. 31. Idola superbiaz,
auaritiaz, luxuriæ, &c. vobiscum fertis
in templo, monasteria, adque aras. Vah!
Perora facta ex dictis protreptica reca-
pitulatione.

DOMINICA II. POST

EPIPHAN.

Nuptiæ factæ in Cana Galileæ.

Ioan. 2..

I. Sraælitæ, 1. Reg. 10. à Samuele Regem
Idomi; militæ, Ducem postulant. Da-
tur Saul; at licet capite cæteris altior,
despicitur nonnullis; deseritur, nec pa-
retur ei. Interim Rex Ammonitarum
indicto Hebræis bello obsidet Iabes,
Aduolat Saul; profligat hostem: Tum
vero omnis Israel ei fidem iurat. Regé-
que agnoscit. Ita Iudei Messiam diu po-
stularunt; qui ipso honoris, hostibus ter-
rori foret. (Nam regifice apparitum
opinabantur.) Venit, & capite Diuini-
tatis altior cunctis. At despiciuntur. Dum
factis nuptiis, miraculum edit; tum pri-
mum nouitius discipulorum cœtus in-
cum credit.

Quare de hoc nos:

- I. Triplicem esse statum Christianorum.
- II. Quis sponsus? & an bonū matrimonium?
- III. De amore coniugali.
- IV. Quomodo vxor ducenda, Christusque
inuitandus?
- V. De vxorū dotibus; & coniuuiis spiri-
talibus.
- VI. In mundo deficere vinum bonum, ab-
undare malum.
- VII. De Christi voce, Mulier.
- VIII. De Christi yino ex aqua facto.

E 3. PARS:

*Non sic
Religiose
vani.*